

Ernst Cothmann Caspar Schwartzkopff

## Disputatio De Pactis

Rostochi[i]: Pedanus, 1614

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730628027>

Druck Freier  Zugang



E. C. Mann (C. Schwarzkopf) / ca

R. U. in. 1674.



Disputatio  
DE  
PACTIS

Quam

Aspirante Divino numine

Decreto & Auctoritate Magnifici & Amplissimi Juris Antecessorum ordinis in inclyta Rosurbina,

PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO ET CONSULTISSIMO


Dn. ERNESTO COTHMANNO

JCro, Illustrissimi Principis ac Domini, Dn. JOANNIS ALBERTI Ducis Megapolensis, &c. Dn. nostri clementissimi CANCEL-LARIO fidelissimo, & in Academia Rostoch. Justiniani Codicis P.P. & ordinatio, DECANO spectabili,

*Pro summis in utroq; Jure honoribus & Privilegijs Doctoralibus obtinendis*

Publicæ censuræ & disquisitioni submittit  
Ad diem Septemb.

CASPARUS Schwarzkopff/ Wismar.



ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.

ANNO M. DC. XIV.

1614

Diploma  
DE  
PAPATIS

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

Publica...  
CASPARUS...  
Rostochi  
Annus M. DC. LIII

THEMA I.



Conventionis nomen generale est, ad omnia, pertinens, de quibus negotij contrahendi, transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agunt. Habet verò duas Species, Pactum & Contractus; De illo, non de his modò agemus.

2. Pactum est duorum pluriumvè in idem placitum consensus: Eodemq; sensu pactio, placitum, pactum conventum, pactum & conventum, pactum nudum, pactum & consensus dicitur.

3. Variarum pactorum reperiuntur divisiones; nos primarias, quæ nostro proposito inserviunt, attingemus. A causa efficiente pacta dividimus in legitima & jurisgentium.

4. Legitima sunt quæ lege aliqua confirmantur: Lege 12. confirmatur pactum super iniurijs & furto: Constitutionibus principum pactum donationis, itemq; dotis: Jure Prætorio pactum pignoris, quod propriè Hypotheca dicitur; & pactum constituti.

5. Non tamen idèò legitima pacta, quia Obligationem producant & actionem, fiunt contractus, sed amplius pacta nuda manent.

6. Jurisgentium pacta sunt, quæ specialiter à lege confirmata non sunt, & ob id solo gentium jure subsistunt.

7. Ratione materiæ pacta sunt vel publica vel privata: Hæc de causa privata seu re familiarî fiunt, illa de causa publica, Veluti de magistratibus, regnis, fæderibus, inducijs, pace, postliminio, legationibus, deniq; omnibus alijs, quæ ad statum publicum pertinent.

8. Pactorum publicorû augustissimû nobis præbet exemplum Pax religionis in transactione Passaviensi anno 1552. inita, in comitijs Augustanis anno 1555. repetita ac promulgata, & denuo anno 1566. Augustæ confirmata, quæ quidem ad immediatè imperio subjectos principaliter, ad eorum verò subditos in consequentiam pertinet.

9. Vnde tria confectaria deducimus, 1. Status Imperij  
tam subditorum suorum, quam suo nomine in Camera agere  
posse: 2. Emigrandi beneficium voluntatis esse, non necessi-  
tatis, & ideo subditos Augustanæ confessionis à magistratu pon-  
tificio cogi non posse, ut emigrent: 3. Filium Augustanæ con-  
fessionis addictum à patre pontificio eo nomine non rectè ex-  
heredari.

10. Ratione formæ pacta alia sunt expressa, alia tacita.  
Expressa sunt, quæ vel inter præsentés te, hoc est sermone  
& tractatu habito: vel inter absentes per epistolam sive per nun-  
cium fiunt.

11. Tacita sunt, quæ ex facto & opere per verisimilem con-  
jecturam colliguntur: Sic redditio Chirographi habet vim taci-  
ti pacti de non petendo, non verò redditio pignoris, nisi speciali-  
ter contrarium actum esse probetur.

12. Sic in prædium urbanum illata invecta pignori obli-  
gantur locatori, etiam si nihil nominatim convenerit; non etiam  
illata in prædium rusticum.

13. Fine deniq; inspecto pacta quædam sunt realia, quæ-  
dam personalia, nulla mixta. In rem sunt quoties genera-  
liter paciscor, ne petam; Tale pactum est, profiteor te non  
teneri.

14. In personam, quoties ne à persona petam, hoc est  
ne à Lucio Titio petam. Tale est si quis paciscatur, ne à se  
petatur, sed ut ab herede petatur.

15. Vtrum autem in rem, an in personam pactum factum  
fuerit, non minus ex verbis, quam ex mente convenientium æsti-  
mandum est; plerumq; enim persona pacto inseritur, non ut  
personale pactum fiat, sed ut demonstretur, quo cum pactum  
factum sit.

16. In dubio tamen in rem pactum esse præsumimus,  
quia plerumq; tam heredibus nostris, quam nobismet ipsis ca-  
vemus.

17. Cæterum quidam ex adjuncto pacta faciunt alia nuda,  
alia vestita: quam divisionem tanquam legibus contrariam reij-  
cimus.

18. Pacta

18. Pacta adijciuntur contractibus tam bonæ fidei, quam stricti juris; idq; in continenti vel ex intervallo.

19. Quæ in continenti apponuntur contractibus bonæ fidei ex parte actoris & rei insunt, hoc est formant & pariunt actionem, & reum ipso jure tutum reddunt.

20. Stricti juris contractibus ex parte rei tantum insunt, hoc est actionem ipso jure formant & renovant; à parte verò actoris contractibus non continentur.

21. Pactiones quæ ex intervallo adhibentur, contractibus stricti juris neq; ex parte actoris, neq; ex parte rei insunt, sed exceptionem tantum pariunt.

22. In Contractibus bonæ fidei distinguendum est; aut enim fiunt de substantia & natura contractuum, & contractibus detrahere dicuntur; aut de adminiculis eorum interponuntur, & ijs aliquid adjicere videntur.

23. Illæ tam ex parte actoris quam ex parte rei insunt, puta si re adhuc integra adijciuntur; Hæ neq; ex parte actoris neq; ex parte rei insunt, sed solummodò exceptionem pariunt.

24. Pacisci possunt omnes qui non prohibentur. Prohibentur autem alij Naturâ, propter consensus, quo pacta perficiuntur defectum, ut Infans, Furiosus, cui continuum furoris infortunium accidit, & Mente captus.

25. Alij Lege, Vt prodigus cui bonis decreto magistratus interdictum est; & Pupillus sine tutoris auctoritate, nisi conditionem suam meliorem fecerint.

26. Veriorem enim de jure illorum sententiam esse statuimus, qui pupillum ne naturaliter quidem sine tutoris auctoritate obligari posse contendunt; nisi locupletior factus sit, vel dolo in re alterius versatus fuerit.

27. Cum omnibus etiam pacisci possumus, cum quibus jus gentium commune est: Veluti sunt peregrini, Hæretici, Latrones, Hostes, Deportati, quibus hodiè proscriptos imperij comparamus; Quibus omnibus fidem aut non temerè dandam, aut datam servandam esse natura æquum est.

28. Unusquisq; sibi pacisci debet, non alteri. per alterum, autem extraneum intelligimus, cujus juri & potestati quis subiectus non est.

A. 3.

29. Hinc



29. Hinc filius vel servus si paciscantur ne à patre; domi-  
nove petatur, vel filiusfam pactus fuerit, ne à se petatur, sive  
de eo pactum inierint, quod cum ipsis, sive de eo, quod cum pa-  
tre dominovè contractum est, adquirent exceptionem.

30. Si servus in rem paciscatur ne à se petatur, proderit  
domino & heredi ejus pacti conventi exceptio, quod si in perso-  
nam pactum conceptum est, domino doli exceptio superest.

31. Pater autem his, quos in potestate habet, paciscendo  
prodesse non potest, ipsi tamen pactum tale profuturum esse, si  
nomine eorum conveniatur, Proculus ait.

32. Si pater pactus sit, ne à se, ne vè à filio ut filio peteretur,  
doli exceptio filio prodest: si verò non ut à filio, sed ut à herede  
pactus sit, filio exceptio pacti competit.

33. Non solum autem nobismetipsis, verum etiam heredi-  
bus paciscendo prospicere possumus, quod contingit in pactis  
realibus, in personalibus non æquè.

34. Sed & debitoris pactum fidejussoribus semper prodest,  
pactum vero fidejussorum debitori vel confidejussoribus non a-  
liter, nisi hoc actum sit, ne à reo & confidejussore peteretur, quo  
casu exceptione doli eis succurritur.

35. De omnibus rebus familiaribus sive privatis pacisci  
licet, veluti si paciscar ne judicati, vel incensarum ædium, furti,  
injuriarum, depositi agam, ne novi operis nuntiationem exse-  
quar.

36. Super hereditate futurâ verò pacisci regulariter non  
licet: quod ipsum ut dextrè accipiatur, vulgarem Dd. distinctio-  
nem pactorum successoriorum huc transferemus.

37. Quadruplici modo de viventis hereditate paciscimur;  
1. aut enim hoc agimus ut acquiramus eam totam vel pro par-  
te, 2. aut ut cum legitimo jure ad nos pertinere debeat, eam  
nobis conservemus. 3. aut ut deferendam & acquirendam cer-  
to modo inter nos dividamus. 4. aut deniq; ut eam repudie-  
mus & omittamus.

38. Hinc alia pacta sunt successionis acquirendæ, alia con-  
firmandæ, alia obventuræ hereditatis inter aliquos dividendæ  
& super eadem certo modo disponendæ, quæ omnia Adfirma-

tiva

tiva appellantur; Alia deniq; remittendæ vel omittendæ, & hæc  
Negativa dicuntur.

39. Pacta adfirmativa successionis acquirendæ nullius sunt  
momenti, in tantum ut nec juramento aliavè stipulatione pænali  
corroborari possint.

40. Singularem tamen favorem jus civile militibus, & jus con-  
suetudinarium illustribus personis indulgit, ut pactis sibi heredi-  
tatem acquirere possint. Eodemq; modo conjugum pacta re-  
ciprocæ hodiernis moribus sustineri videmus.

41. Pacta Adfirmativa quæ de conservanda hereditate  
sunt, jure civili valida sunt, veluti si filius ingratitude com-  
missæ (non committendæ) ob quam jure exheredari posset,  
remissionem pacto consequatur, & sic à patre heres scribatur.

42. Horum naturam unio prolium quodammodo sapit,  
ideò adhibitis certis solemnitatibus consuetudine Germaniæ &  
locorum statutis jure meritoq; est recepta.

43. Est verò Unio Prolium pactum solemne, quo paren-  
tes ad secundas nuptias transeuntes coram magistratu ordinario  
caussa cognita, & interveniente consensu propinquorum eorumq;  
quorum interest, Scriptura & Testibus, confecto prius inventa-  
rio, de hereditate sua vel parte bonorum, inter diversi matrimo-  
nij liberos ex æquo communicanda prospiciunt.

44. Affirmativa deniq;, super alienius Tertij superstitis  
hereditate dividenda & disponenda, odiosa sunt & plena tristissi-  
mi & periculosissimi eventus, ideoq; nihil ex his pactationibus ob-  
servatur, nisi Tertius ille consentiat, & in ea voluntate usq; ad ex-  
tremum vitæ spiritum perseveret.

45. Sequuntur pacta Negativa de repudianda hereditate.  
Hæc jure civili similiter invalida sunt, jure verò Canonico ejus-  
modi renunciationes, ita demum subsistunt, si filia, acceptâ con-  
gruâ dote, juramento ritè interposito suo juri renunciaverit.

46. Pactum ejusmodi filiæ non præjudicat liberis ipsius, si  
filia fortè ante patrem, cujus hereditati renunciaverit decedat,  
nisi contrarium consuetudine sit receptum: Et cessante favore  
illorum, quorum respectu factum est, fit irritum.

47. Ex pacto naturalis Obligatio oritur, ex qua jure gen-  
tium

tium exactio, jure Prætorio exceptio, jure civili & Canonico nulla actio competit.

48. Pactionibus Obligationes eliduntur, vel ipso jure si Obligatio tantum fuerit naturalis, vel per exceptionem si Obligatio sit civilis.

## Coronis

### I.

*Divisio Sponsaliorum in sponsalia de presenti & futuro contra juris civilis principia & rationem à Canonistis est inventa.*

### II.

*Computatio graduum Canonica, quamvis consuetudine sit recepta, minus tamen est Canonica.*

### III.

*Pupilli & minores feudum novum neq; soli, neq; tutoris auctoritate, neq; curatoris consensu accedente, constituere possunt.*

### IV.

*Qu. An femina à feudi successionem per existentiam masculi semel exclusa perpetuo exclusa sit, etiamsi masculi postea deficiant? Neg.*







tiva appellantur; Alia deniq; re  
Negativa dicuntur.

39. Pacta adfirmativa succ  
momenti, in tantum ut nec jurat  
corroborari possint.

40. Singularem tamen favo  
svetudinarium illustribus perfor  
tatem acquirere possint. Eo  
ciproca hodiernis moribus sustit

41. Pacta Adfirmativa qu  
sunt, jure civili valida sunt, vel  
missa (non committenda) ob  
remissionem pacto consequatur.

42. Horum naturam unic  
ideo adhibitis certis solemnitatib  
locorum statutis jure meritoq; e

43. Est verò Unio Prohib  
tes ad secundas nuptias transeun  
caussa cognita, & interveniente  
quorum interest, Scriptura & Te  
rio, de hereditate sua vel parte be  
nij liberos ex æquo communica

44. Affirmativa deniq; , su  
hereditate dividenda & disponer  
mi & periculosissimi eventus, ide  
servatur, nisi Tertius ille consenti  
tremum vitæ spiritum perseveret.

45. Sequuntur pacta Nega  
Hæc jure civili similiter invalida  
modi renunciationes ita demum  
gruâ dote, juramento ritè interpe

46. Pactum ejusmodi filia  
filia fortè ante patrem, cujus her  
nisi contrarium consvetudine sit r  
illorum, quorum respectu factum e

47. Ex pacto naturalis Obl

omittenda, & hæc

rendæ nullius sunt  
tipulatione panali

ilitibus, & jus con  
t pactis sibi heredi  
onjugum pacta re

anda hereditate  
gratitudinis com  
exheredari posset,  
e heres scribatur.  
odammodo sapit,  
ine Germaniæ &

emne, quo paren  
gistratur ordinario  
in quorū eorumq;  
sto prius inventa  
r diversi matrimo  
nt.

Tertij superstitis  
t & plena tristissi  
s pactionibus ob  
luntate usq; ad ex

anda hereditate.  
o Canonico ejus  
ilia, acceptâ con  
renunciaverit,  
at liberis ipsius, si  
ciaverit decedat,  
cessante favore.

ex qua jure gen  
tium

